

IOANNIS SA-
PORTAE LL. DO.

CTORIS TOLOSANI
COMMENTA-
RIVS IN

L. Cum auus. ff. de condi.
& demonstr.

*



*Lugduni, apud Godefridum & Mar-
cellum Beringos, fratres,*

1548.

IOANNES

S A P O R T A M I.

C H A E L I C A T E S

L A N O S V O

S. D.



O G A S T I me saepius, ut studiorū
meorum specimen aliquod in publi-
cum emitterem, Michael suauissime-
ne qualiscunq; eruditio nostra, tādiu-
cimmerijs (ut aiunt) tenebris lateret.
Fecisti enim tua singulari & egregia in me beneuo-
lenzia, ut ego necessitudine uel summo amoris tui te-
stimonio impulsus quod tibi & gratissimum & o-
ptatissimum esset interea proferre cogitauerim. Cumq;
plane agnoscerem me in hac iuris disciplina nihil
excultum ingenio, elaboratum industria assequi pos-
se, recusavi sapientiū non semel atque iterum tan-
ti ponderis prouinciā subire, uel hoc tibi officium lu-
bens impartiri. Satis enim mihi exploratum erat
quibus me obtreclatoribus exponere, ac passim sum-
ma uirtute & doctrina uiros utiligatorum perditif-
simas manus uix euadere, nec minus eorum qui nullo
uirtutis aut probitatis genere imbuti, aliorum studia
& uigilias spernunt atq; contaminant. Quorum
ego nimiam sane petulantiam cum mecum ipse admi-
rarer, multū me ab scribendi instituto & sedulitate

IN LEGEM,

CVM AVVS. FF.

DE CONDIT. ET

DEMONST.

PROOEMIVM.

*



A G N A apud ueteres fuit, & ad-
huc summo in pretio extat consue-
tudo, ut qui legum edicta enarrant,
prius felici quodam procemio, tibi-
cinum more, utatur. Quod nec te-
mere a nostris saepe fieri animaduertimus, partim
ut cōmoda, & uberes fructus, iuris sapientiae audi-
tor, humanissime deprehendat, partim etiam ne ilia
lotis (ut ita dixerim) manibus operis magnitudi-
nem aggrediantur. Cuius ego rei iniquum ab i-
psa quidem negotijs huius commendatione sume-
rem, nisi utilitatē sane omnibus perspectissimam
patere amplissimo testimonio agnoscerem, ut simi-
li exemplo refert Vlpi. in l. i. ff. de exercitiori. acti.
Iusti in l. uni. C. de rei uxo. acti. Non igitur tan-
diu immorandum erit in cōmendando hoc nobis-
lissimo Papiniani responso, cum etiam facile ex-
pendamus quanta sit in iurisconsulii responsis uel
legū præceptionibus grauitas, quo deniq; studio,
labore, & diligentia, præclare ac feliciter iura hæc
posteritati reliquerit. Quo nomine cum summum
laudis & honoris præmium merito deberi crede-

L V G D V N I
G O D E F R I D V S E T M A R =
C E L L V S B E R I N G I,
F R A T R E S,
E X =
C V D E B A N T.
1548.

